

us, quum non faceret iniuriam, sed propulsa-
ret: nec a se ipsa modo ruinam, sed a socijs,
amicis, confederatis amoliretur. Quod ma-
iores nostri quum facere consueuissent pro-
speros successus habuerunt: magis enim bo-
no iure, quam virtute militari victores eua-
serunt. Recense omnia bella quæ gesserunt
ab expulsis regibus, repete si vis ab ipso Ro-
mulovrbis conditore, vnũ excipi volo pere-
grinũ, qui æque in suos atque in hostes frau-
de atq; crudelitate grassatus est: reperies ni-
hil ab illis auide nihil iniuste fuisse factum:
quamobrem vel ipsis hostibus venerationi
nomen romanum erat. Nunc autem paucos-
rum temeritate atque auaritia totus sena-
tus populusque Romanus in inuidiam arces-
situr Quid vlturus M. Crassus mouerat ex-
peditionem in Parthos? Aut quibus tu cau-
sis Cæsar commotus es dissiũctos ab orbe ter-
rarum Britannos nihil tale commeritos bello
solicitare? quæ necessitas vrgebat germanis
galliam ponte coniũgere, & in siluis quæreret
gentes vt vincerentur? videlicet vt titulis at-
que triumphis gratia nouitatis accederet: n-
vulgus mirũimmodum rebus nouis capitu-
isq; applaudit, & in auctores beniuolen-
tia ducitur: qui dumtaxat victorias numeri: